

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Sapiencia uel sciencia ak cum uariis

Ocium stulticiam, labor scienciam generat. Sciencie labor in tria diuiditur, scilicet in laborem discipline, exercicii et doctrine. In puericia labor discipline, in iuuentute exercicii, in senio doctrine, ut que nescit in puericia discat, que didicit in iuuentute ad usum ducat, quod ad usum duxit in senio doceat.

Hugo de claustro anime libro II.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

didicit] diuicit V<sup>2</sup>; duxit] duxerit P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>